



GEBER ARABS.

IN ☉ ET ☽ NATURÆ
SUNT OMNIA.



URUM quonam & modo
& methodo, formam medicamen-
tosam, in quovis liquore solubilem
induat, atque adeò bibi aptum, quod
potabile vulgò vocant, reddatur, ex intimis spa-
gyrices principiis, vivaque *αυτοχειρία* demon-
straturus, initio præsuppono hoc: Quod videlicet
id, nisi beneficio menstrui, fieri nequaquam pos-
sit.

De hoc autem liquore convenit inter omnes,
primò, quod ille uniri auro ritè nequeat, nisi in-
terventu tum solutionis, tum coagulationis. Ex
quo duos actus, quibus aurum *πρόλιμον* principaliter
reddatur, & conficiatur, emergere, nemo non
videt.

Secundò, quod idem ille liquor solutionis,
coagulationisque opifex, quàm maximè fieri pos-
sit temperatus, ac blandus esse debeat.

Talis verò liquor, quia in aurum, quatenus ☉,
agere nequit, ideò adhuc alius actus, isque minus
principalis, prærequiritur, per quem ☉ ita
præparetur, uti solutionem promptissimè susci-
piat

Calcinationem Chymici improprie quidem,
attamen